



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**


**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Salisbvrgi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

ates, CRATO sacratissimorum Imperatorum Medicus, ne hanc tabulam, qua vfos, & sustentatos divinos Monarchs intelligent, tanquam utile lignum haberent, studio ac diligentia sua conferuit.



## SALISBURGI.

IN NOSOCOMIO AD S. SEBASTIANVM.

**C**onditum hic PHILIPPVS THEOPHRASTVS insignis Medicinæ Doctor, qui dira illa vulnera, Lepram, Podagrum, Hydrocephalum, aliaque insanabilia corporis contagia mirificante sustulit, ac bona sua in pauperes distribueret, et collaudataque honorauit. Anno M. D. XLI. D. XXIV. Septemb. vitam cum morte mutauit.  
*Aurea pax viuis: requies aeterna sepultus.*

IN AMBITV BENEDICTORVM  
APVD D. PETRVM.

Viator preces funde, KNOLLIUS hic iacet.

*Abi moriture.*

D. O. M.

Clarissimo viro HIEREMIAE KNOLL. V. I. nec non inclytæ Salisburgensis Prouinciae Cancelariatus officio functo; qui XVII. Octob. anno à reparata salute M. D. XC. IV. etatis vero sue L. VII. pie in Christo obiit, parenti suo HENRICVS KNOLL. Fil. amoris & pietatis paternæ memor, hoc monumentum pos. moestissimus.

Z 4

IBI-

## IBIDEM.

Domino SEBASTIANO HOFLINGERO<sup>B</sup>  
uaro I. C. Equiti aurato , vtriusque tam Cesarei,  
quam Pontificij Palatij Comiti , viro nobiliss. &  
clariss. qui Iurisperitia, Consilio , ingenij dexter-  
itate, virtute integritate eousque innocuit, quod  
summis Christiani orbis Monarchis , maximis  
priuilegijs donatus, duorum Archiepiscoporum,  
corundemque Principum Salisburg. MICHAELIS  
& IOAN. IACOBI Cancellarius fuerit; aliaque  
non mediocria officia cum laude gessit, amore  
Principis sui , & Reip. re priuata posthabita, im-  
mensum laborauit. Laboribus tandem exhaustus  
laborando mortuus anno Christi I E S V M.D.  
**LXXIIII. D. XXVIII.** Octob. qui fuit Dominic.  
I. Aduent. I. CH. D. N. cum vixisset ann. L. M.  
**X. D. XXVIII.** Hæredes monumentum hoc cor-  
pori, in eius æde , cui animus se dicauerat, moelli  
PP. Ibidem ob singularem candorem, & de omni-  
bus bene merendi studium, tam Ciuiis, quam et-  
teris charo , Ioan. Bapt. Ficklerus , & Hieremias  
Knollius I. V. DD. elogium hoc qualecunque gra-  
ti animi ergo, dictauerunt H. M. H. N. S.

AD D. RUPERTI.  
Post tot perpessos currente etate labores,  
Ingressus portum, mersus & hic iaceo.  
Ergo fallaces spes, & fortuna valete,  
Nil mihi vobiscum: ludite nunc alios.

## NEAPOLI AVSTRIAEC

IOANNES KATZIVS, Nouiomagus Philolo-

paz